

X I.

Scribere potest Arithmeticus in una linea recta, figuris arithmeti-
cis vulgaribus, mille, & nullum 0 usurpare.

X I I.

Habet Arithmeticus tres lagenas, A, B, C, quarum prima
A capit mensuras tres, secunda B mensuras quinque, tertia C
mensuras octo. Harum ultima est plena, reliquæ duæ sunt va-
cuæ. Potest ope duarum priorum dividere octo mensuras in
duas æquales partes, ita ut in lagena B sint quatuor, & in lagena
C quatuor.

Hæc & similia multa, tametsi levia, proponi possunt Tyro-
nibus exercitii causâ. Qui difficiliora desiderat, adeat meam
Magiam Arithmeticam, quæ est Liber penultimus Partis 3.
Magiæ Universalis.



LIBER